

Itaque concessio dist. pragmat. de Guadaluara, in fa-
vorem domineu latet, procedit accumulative, ut pos-
sit appellari ad dominum vel ad Regem, no vero pri-
vative: quia Rex concedens simpliciter dominis loco-
rum, ut ad ipsos appelleretur, no aufert à se cognitione
appellacionum, si grauat maluerit ad Regem eiusq;
curias Regales appellare, qua ad dominos: & ita pra-
citur, prout in terminis tenet & refert Greg. Lopez
in d. l. 8. in gl. Para el Rey, ubi se alio loco refert. & Conarru.
in praet. q. c. 4. num. 9. dicens, quod apud Regia Castella-
ni Regni suprema tribunalia passim admittuntur appel-
laciones, que sunt & proponuntur etiã omisso me-
dio nobilium dominorum iurisdictionem habentium
tribunali, pro quo est bona l. 14. tit. 18. lib. 4. Nou. Collect.
Reg. ubi praecipitur, que las apelaciones que se interpusie-
re de legares de señores para justicias Reales: donde solian
antiguamente yr. queuyan libremente alli, y los señores,
ni citras personas no lo impidan ni defendan. A iudice ta-
me per dominum alicuius oppidi constituto ad audi-
endas appellacionu causas omnino ad Regem, & no
ad ipsam dominum est appellandum: quod iure com-
muni & Regio pro constituto habet, D. Couar. ubi sup.
n. 7. vers. 4. conclusio: sequitur etiam nouissime Azeved.
in praesenti, n. 40. & 41. ubi nostram quoque opinionem
principalem supradicta probat & sequitur, & procedit
etiam opinio praedicti Couar. no obstante quacu-
que consuetudine in contrarium, e. 2. de consuet. lib. 3.

SVMARIA.

- 1 Laicus citans laicum obligatum simul in eodem instru-
mento cum clerico in solidum, coram iudice Eccle-
siastico an incidat in poenam Regia, de qua hic?
- 2 Ex causa potest poena huius l. inini per iudicem.

L. 10. tit. 1. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QUESTIO XLIII.

QUERO ¶ circa l. 10. tit. 1. lib. 4. Nouæ Collectio.
Regia, ubi, *que nungun, lego sea o fado de mandar cit-
tur, ni emplazar a otro lego de lante del iuez de la Iglesia,*
&c. an laicus citans laicum obligatum simul eod. instru-
mento cum clerico in solidum, coram iudice ecclesiastico, incidat
in poenam huius l. Et videtur quod non, ex doctrina
Bartholomaei, communiter approbati, in praecipuum, §. eodem
obseruando, num. 1. C. de appell. ubi quod hoc casu clerici
ratione laicus possit conveniri coram Ecclesiastico:
ergo si hoc facit, non incidit in poenam, argum. l. Grac-
chus, C. de adulteriis, cum similibus. Item quia obliga-
tio videtur individua: Ergo contentia causæ divi-
di non debet, arg. l. nulli, C. de iudiciis, quibus fundamentis
sum hac parte videtur remanere D. Perez. in l. 3. tit. 1. lib. 5.
Ord. col. 788. in vers. ulterius dubitatur.

Sed meo iudicio melior & verior est contraria sen-
tentia: quoniam doctrinam Bar. in d. l. 3. eodem obser-
uando, num. 2. nec sine dubio est, nec practicatur; Sed
contrarium, ut quilibet in suo foro conueniri debeat, ut
dixi laicus supra, quæst. 6. n. 10. Item, quia obligatio
duorum reorum debendi, etiam in solidum, diuidua
est respectu iurisdictionis, de qua nunc agimus, cu v-
nusquisque possit in suo foro conueniri pro eodem de-
bito in solidum cum protestatione, quod vnica solutio-
nem creditor erit contentus: fraudari igitur non debet
iurisdictioni Regali. Heque secunda opinio coadiuua-
tur ex traditis per me in d. q. 6. num. 7. & sequentibus. Facit
etiam doctrina Bar. in l. 3. num. 14. vers. sed ponendo casum
dubium, in prima opinione, ff. de aliment. & cib. leg. ubi
tenet, quod à duobus heredibus, nempe clerico & lai-
co, alimenta peti debent coram iudice ecclesiastico &
seculari, qui ambo cognoscant simul, sicut alias faciunt,

in authentica, si vero contigerit, C. de iudiciis, licet additio
ibi existimet tenendum, quod dixit Bar. in d. l. praeci-
pius, §. penult. credo ¶ tamē, quod cum quælibet causa,
etiam iniusta, excuset à dolo, & ex causa possit poena
huius l. inini per iudicem, iuxta glossam & communem
resolucionem adductam per D. Perez, ubi supra, col. 785.
vers. item quarto, & col. sequentibus, vers. preterea est dubium,
posse hoc praesenti casu poenam huius l. moderari, eo
quod actor habuerit aliquam causam conueniendi lai-
cum coram iudice ecclesiastico, nempe propter do-
ctrinam Bar. communiter approbatam, ubi supra.

SVMARIA.

- 1 Laicus pauper conueniens defuncti heredem laicum cor-
am iudice Ecclesiastico super alimentis sibi relictis
à testatore vel alio legato ad pias causas, an incidat
in poenam l. Regia, de qua hic? & nu. seqq.
- 2 Legata pia possunt etiam peti coram iudice Ecclesiasti-
co ab herede laici.
- 3 Exsequutionis cura testamentorum est mixti fori.
- 4 Exsequutio testamentorum post annum à die monitionis
deuoluitur ad Episcopum.
- 5 Laicus pro eis, quæ sunt mixti fori, potest laicum coram
iudice Ecclesiastico impune conuenire.
- 6 Dotis causa est mixti fori, & num. 9. quomodo hoc in-
telligatur.
- 7 Conueniens laicum pro dote coram iudice ecclesiastico,
an incidat in poenam l. Regia, & nu. 9.
- 8 Dotis causa tunc demum est pia, quando relinquitur
pauperi, alia secus.
- 9 Quando relictæ est dos in testamento puella pauperi,
potest eam petere coram iudice ecclesiastico absque me-
tu poena l. Regia.

Eadem l. 10.

QUESTIO XLIV.

QUERO ¶ secundo circa eandem l. 10. an laicum pau-
per conueniens defuncti heredem laicum coram iudice
ecclesiastico, super alimentis sibi relictis à testatore vel alio
legato ad pias causas, incidat in poenam huius l. 10. Et vide-
tur quod sic, ex litera eiusdem, ubi: *Que nungun lega,*
&c. ubi, *sobre dadas, o cosas profanas, a la Iglesia no pertene-
cientes,* nam alimenta relictæ homini, etiam paupe-
ri, res profana est & ad Ecclesiam minimè pertinens. 2
Hoc tamen non obstante, in quaestione præmissa ten-
endum est contrarium: quoniam legata pia possunt
peti etiam coram iudice Ecclesiastico ab herede laici,
ut probat gloss. 1. & final. in cap. relatum primo de testamen-
tis, & ubi Abb. Inola, Barbat. & Couar. num. 13. aduersus
Ancharanum, Robert. Marant. de ordine iudiciorum, 4.
part. principali in 11. distinct. numer. 6. folio 115. ubi tenet,
quod quando agitur pro legatis piis consequendis à
laico, potest laicus conueniri coram iudice Ecclesiastico:
puta, quando sunt legata facta Ecclesie vel pau-
peribus vel aliter pro anima. Idem optime deducit
post alios, quos refert Tiraquell. de privileg. causa pia,
privileg. 149. ubi quod relictæ ad causas piæ, sunt
mixti fori, & quod vbi verfat causa pietatis, habet
etiam Episcopus iurisdictionem in laicos. Pro
quo ¶ est optimus text. in l. hereditas, 55. in ordin. ff. de 3
petitione hered. ubi, *tamē principalis,* vel Pontificali auctori-
tate compellitur ad obsequium supremae voluntatis,
ex quo text. notant Doctores. diuersim in locis, quos
congerit Gregor. Lopez in l. 7. titulo decimo, part. 6. glo.
1. quod cura exsequutionis testamentorum sit mixti
fori: sequitur etiam Couarru. in cap. si heredes, numero
primo, de testamentis: Quinimo si ¶ intra annum à die
monitionis non fit exsequutio testati per debent ex-
sequi, deuoluitur exsequutio ad Episcopum, ut in cap. 3.
de test.

de testamentis, & ubi Dollhadie, l. 6. & 7. tit. 8. part. 6. & v-
trouique Greg. Lop. idem in l. 85. gloss. magna ad med. cum, tit. 9.
part. 6. Tellez Fernan. in leg. 4. Tauri nu. 1. Barrios, decis. 19.
n. 14. Ant. de Padilla in Authen. hoc amplius, n. 16. C. de
fideicom. & in terminis alimentorum ubi tenet Bar. in
leg. 3. n. 13. de aliment. & cib. legat. dicens, quod si alimenta
sunt relictæ, non non piam causam, ut ¶ xori fug non
pauperi, sunt petenda coram iudicibus secularibus: si
vero alimenta sunt relictæ pauperibus, tunc non so-
lum iudex ecclesiasticus, sed & Episcopus potest com-
pescere, ut in cap. significantis, de officio delegati. Cum
igitur legata pia peti jure possint coram iudice eccle-
siastico, consequens est, ut laicus ea in foro ecclesiasti-
co petens minime incidat in poenam huius l. quia res
hæc est iam non mere profana, sed imo ad ecclesiam;
& sic ad ecclesiasticum iudicem sicut ad laicum perti-
nens, itaque non solum obstat huius nostræ primæ o-
pinioni l. hæc Regia, sed imo eidem à ratione cessante
patrocinatur.

¶ Ex quibus omnibus idem esse censeo in cæteris re-
bus quæ mixti fori sunt, videlicet, ut pro eis impune
laicus possit laicum coram iudice ecclesiastico conue-
niri veluti in causa sacrilegij, usurarium, & similibus
mixti fori.

¶ Ex eadem radice exire videtur, quod cum dotis
causa sit mixti fori, quia potest cognoscere de ea iudex
ecclesiasticus, item & laicus, & est locus præuen-
tionis, ut in c. de prudentia, & in cap. nuper, de donatio, in-
ter vir. & uxor. & in c. ex literis, de sig. nob. & quod causa
dotis etiam principaliter possit deduci in foro eccle-
siastico, tenent Innocent. Host. Ioan. Andr. Card. Abb. &
communiter Doctores in cap. de prudentia, in sol. B. l. d. & Paul.
de Castr. in l. 1. ff. solut. matrim. late Barbatius in d. l. cap. ex
literis, nu. 4. & alij plures, quos referens hanc testatur
communem opinionem Stephanus Auzerius in tract. de
potestate ecclesie super laic. num. 2. vol. 4. tractatum di-
uorsorum D. Iovin. fol. 403. & Decius in Authen. quid lo-
cum n. 5. C. de collat. A. 1. Gom. in leg. 53. Tauri nu. 5. quod
¶ si quis conueniat laicum pro dote coram iudice eccle-
siastico, non incidit in poenam huius l. nostra Regia,
cum causa dotis sit mixti fori, & possit agitari cor-
am ecclesiastico iudice. Item ¶ etiam, quia causa dotis
pia est, eademque saltem æquiparatur, ut in leg. cum se,
§. si mulier, ff. de concl. inobedi. tract. Eze. arduus in cen-
suria Legali, loco 25. de dote ad piam causam, quod tamen
est intelligendum, quando dos etiam requiritur pauperi:
quia tunc est pia causa, alias secus, ut tenet las in d. l.
§. si mulier, & Roder. Nauar. leg. quoniam in prioribus, in q.
quæst. principali, ad leg. Reg. am. nu. 1. fol. 227. C. de officio
testam. Idem in alimentis relictis probat cum alijs
Doct. Peralt. in leg. si quis Titio, nu. 9. cum sequentibus, ff. de
legat. 2. & in alimentis & dote plures referens Man-
ric. de consuet. vltim. voluntatum lib. 6. tit. 1. nu. 26. & 27. fol.
mibi 118.

¶ Sed ¶ nihilominus licet supradicta sit communis o-
pinio, verior tamen & etiam communis est contraria,
ut tunc demum causa dotis sit mixti fori, quando
incidenter ageretur de causa dotis, quia principaliter
tractatur de causa matrimonij quia tunc incidenter
posset iudex ecclesiasticus cognoscere de dote: &
ita proprie debent intelligi prædicta iura, & facit tex.
in c. nam, de ordin. cogniti. secus vero si principaliter
ageretur pro dote: quia tunc causa est mere secularis, &
de ea cognoscere non posset iudex ecclesiasticus, sed
laicus, ut tenet gl. ordinaria, verb. accessoria, in d. prudentia
& hæc est communis opin. & pura veritas tenenda
in iudicando & consulendo, secundum Ant. Gom. ubi
supra, qui alios refert, concludens non esse tenendam
distingtionem dicentium, quod prima opinio supra-
dicta procedat, quando vidua agit pro dote soluto

matrimonio, quia est miserabilis persona, argum. text.
in d. c. significantis, de officio delegati. Secundo vero, quan-
do mulier ageret constanter matrimonio propter ino-
piam viri vel divortio facto, ut volebat Baldus Novellus
cum alijs in tract. de dote, 9. part. princ. princ. 1. quæ-
rebat Auzer. ubi supra: quia imo indistincte tenendum
est, quod nullo casu iudex ecclesiasticus possit cognos-
cere principaliter de causa dotis inter laicos. Sic-
que etiam hoc intelligit Palat. Rubr. in repet. e. per uer-
stras, de donat. inter vir. & uxor. 2. notab. num. 26. idque ve-
rum atque iudicium viderit Molina, lib. 2. de Hispania
primogen. lib. 2. cap. 15. n. 76. ubi addit, quod contraria o-
pinio apud suprema tribunalia non admittitur, ubi
etiam loquitur in alimentis: sequitur etiam Azeved.
in hac l. 10. nu. 44. & 45. ubi n. sequent. limitat in casu, de
quo ibi per eum. Conueniens igitur laicum principaliter
super dote coram iudice ecclesiastico, incidit in
poenam huius legis: id quod etiam nunc tenet Azeved.
ubi supra.

¶ Vno ¶ tamen casu videtur posse procedere primam
opinionem, scilicet, quando relictæ esset dos in testa-
mento puellæ pauperi, tunc enim cum sit causa pia ex-
sequutio testamti, ad Episcopum ea pertinebit, sicut
ad iudicem laicum, erit mixti fori ex d. d. d. d. hoc
casu sicut diximus in alimentis relictis in testamento
homini pauperi: quare si puella hoc casu conueniat
laicum pro dote sibi relictæ in testamento coram ec-
clesiastico, non incidit in poenam huius l. meo iudicio,
proximè cum etiam habeat in sui favorem primam
opinionem communem generalem supradictam, pro-
pter quam à poena huius l. erit excusanda.

SVMARIA.

- 1 Index ecclesiasticum in casibus, in quibus potest cognoscere
inter laicos, an eos personaliter capere possit & mittere
in carcerem, & nu. sequent. referuntur opiniones.
- 2 Ponitur vera resolutio in supradicta quaestione, ut de iure
communis, secundum veriorem sententiam hoc possit, se-
cus vero de iure Regio, non obstante quacumque consue-
tudine in contrarium existente: exceptis quibusdam
casibus hic enumeratis.
- 3 Index ecclesiasticus in casibus, in quibus inter laicos potest
cognoscere, poterit eos personaliter citare, ut coram se
compareant.

L. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QUESTIO XLV.

QUERO ¶ circa l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Nouæ Collectio.
Reg. En quanto prohiben, que los iuezes ecclesiasticos
ni sus ministros, no praden a los legos, ni bagan execucion en
ellos, ni en sus bienes, sino que invoquen para ello el auxilio
del brazo secular, quid de iure communis hoc casu statutum sit,
& quid etiam de iure Regio obseruandum in casibus, si licet,
in quibus iudex ecclesiasticus habet cognitionem inter laicos?
Et lare Oldrad. consil. 86. videtur tenere, non posse
iudicem ecclesiasticum capere laicum nec in carce-
rem proprium mittere pro crimine alicuius punitione,
quæ ad ipsum pertineat, excepto hæresis, in quo
hoc est speciale, & in alijs huius similibus, ut in cap. ex-
communicamus, 2. ad finem, de hæresis, cap. ut commissi
eod. tit. in sexto, & in clement. 1. eod. tit. Cuius opinionis
ea est ratio, quod læpissimè in pure sit expressum, ut
quoties iudex ecclesiasticus compertens sit contra lai-
cum, non sufficientibus canonicis censuris ad coer-
sionem, imploret auxilium brachij secularis, quæsi
non alia iudici ecclesiastico sit aduersus laicos per-

missa potestas: quoniam opinio cum sua ratione probant expresse eadem monstrat leges Regiae supra relatae, quae de iure communi sequati sunt plurimi Doct. quos congerit Couarruias in *pract. quast. cap. 10. nu. 7.* afferens esse communem, idem facit Auiles *cap. 20. pratorum. in gl. 2. supran. nu. 14. & 15. fol. 190. vbi eam cum praecl. limitat. Oltrad. sequitur addens alias, nempe in idolorum cultoribus & aruspibus qui similiter haereticis appellantur, & in sacrilegis, quos puniendos, castigandos & carcerandos lex Regia permittit, *leg. 1. o. tit. 10. part. 1. que incipit. de fidei iudicio. & leg. 7. tit. 7. lib. 1. fori.* vbi positio sacrilegij remittitur ad Episcopum, vel ad iudicem ecclesiasticum: testatur etiam communem nouissime Ignatius Salzedo in *additionib. ab Bernard. Diaz. in adnotatione ad regul. 297. v. f. Sed nouum dubium.* Et ante eum eandem alios allegans dixit communem Menchac. *de success. creat. §. 22. post num. 17.* licet subdat, quod ferè tantus est numerus tenentium contrarium, sed eam sequitur & dicit communem & apud se in praxi obseruari, alios allegans Iol. Clar. in *sua pract. crim. §. fin. quast. 37. ver. vnam tamen volo.* Et ante praedict. eandem communè sequitur & late probat plures referens Palatius Rub. in *rep. cap. per vestras. 2. notab. §. 1. nu. 18. cum segg. de donat. inter vir. & vxor.**

Sed contrarium omnino verius esse existimant Dominicus, Roma. Felin. & Stepha. Auserius. eosque referens Couarr. *vbi supra. per text. in cap. attendendum. 17. quast. 4. & in cap. contra idolorum. 26. quast. 5.* item facit, nam laicus ratione delicti, de quo potest iudex ecclesiasticus cognoscere, factus est de foro ecclesiastico, arg. *text. in Auctor. ita nulla communitas. C. de Episcop. & cleric. & in cap. cum sit generale. & ex tenore. de foro comper. quimio & atteno iure Regio relatis praedictis legibus, ad perfecti huius qualitatis resolutione tria ipse Couarr. existimat esse obseruanda, vt ex his constat quid sit in ea tenendum. Primo, vt stant consuetudine legitime praescripta, quod iudex ecclesiasticus habens alicuius causae cognitionem aduersus laicos, possit eosdè capere ac carceri tradere, vfus hic omnino sit seruandus, ex Bald. & Ioan. Lup. quos refert: nec hanc consuetudinem voluisse tollere inuictissimum Carolus Caesarum Regem nostrum, quamvis ab eo petrum fuisset in quibusdam Curis Madritij anni 1528. & 1533. quod & tenuit Auiles *vbi supra. & probat idem Iulius cap. 2. pratorum. gloss. 1. nu. 11. & 12. fol. 69. & Jul. Clar. vbi supra.* Secundo in causis criminalibus, in quibus iudex ecclesiasticus legitime aduersus laicum procedere possit, nam in his poterit eum cauere & in carcerem mittere.*

Tertio, quando agitur de exsequutione sententiae iudicis ecclesiastici aduersus laicum, vt cogatur solvere eam quantitatem, in qua iuste condemnatus est ab eodem iudice, civili iudicio: tunc non poterit iudex ecclesiasticus laici bona propria capere auctoritate, nec ipsius personam ad rei iudicaturae exsequutionem: imo potius tenetur auxiliari iudicis secularis ad hac exsequutionem inuocare, sicque esse intelligenda, quae pro communi opinione adduxit, nam & leges Regiae, etiam generaliter hac de re fuerint statuta, nihilominus in hanc sensum tendere frequentius videtur ita Couarr. *vbi supra. & sequitur hunc tertium casum. Auileius vbi supra. dicit. cap. 10. in gloss. v. supran. nu. 15. & Couarr. in omnibus supra dictis, nouissime sequitur Anasaf. Geron. lib. 3. de sac. immuni. cap. 12. nu. 77. cum sequen.*

2. Quid tenendum? Breuiter de iure communi existimo veriore esse secundam partem supra dictam, vt iudex ecclesiasticus in casibus, in quibus potest contra laicos cognoscere, possit & eos capere in eorumq; personas & bona exsequutionem facere, ex adductis pro eadem parte. Sed attento iure Regio, existimo te-

nendū esse omnino in praxi in nostris regnis opinio- nem communem per leges supra relatas, quae expres- sim & individuo id prohibent & vetant, quare seruā- da erit earum forma atq; praecipuum, etiam à iudici- bus ecclesiasticis, nō solum in ciuilibus, prout Couarr. aduertit in *tertio casu*, sed etiam in criminalibus, vt cō- stat ex generalitate praedictarum legum, & praecipue ex *dict. leg. 15. ibi. Por ninguina causa que sea.* Et praeterea dum loquitur in causis, vbi fiscales ponuntur, in quo non assentio doctissimo Couarr. contrarium existimā- ti, nā ipsius opinioni manifestè aduersatur *dict. l. Reg. in supra dictis verbis*: & ita fuit pronuntiatum atque de- claratū Regia exsequutoria lata in fauorem Ciuitatis Placentiae contra ipsius Episcopum, praeterquam in crimine haereticis item & sacrilegij, vt Oldr. & ceteri existimant, & in crimine haereticis probat Roias *infra sta- tum citandus*: & etiam in crimine lupri. Sed idem dici potest in crimine incestus, quia in istar habetur haereticis, vt in *l. 7. tit. 21. lib. 8. Noua Collectio. Regia. ibi. Y este crime de incesto, es en alguna manera heresia.* Nec etiā cōsue- tudo contraria seruanda erit, quia quid Couarr. *vbi supra. & Iulius Clarus vbi supra.* existimant, quia eam expresse iussit idem inuictissimus Rex atq; Imperator Carol. V. vt cauetur in *dict. l. 1. in fin. vbi dicitur. Y mandamos que lo susodicho aya lugar. sin embargo de qualquier costumbre que se alegue, si la ha auido, porque aquella ha sido sin nu- estra sciencia y paciencia,* quod per *dict. l. nuncupatum*, etiam tenet Auend. *c. 1. pratorum. lib. 1. nu. 12. fol. 51. & post eum ille Ignatius Salzedo vbi supra. ver. 7.* vbi refert in magna causa, quae in Regio fenatu agitata fuit inter fiscalem Regium & Archiepiscopū Tolet. eo quod d. Archiepiscopus ex antiquissima consuetudine legiti- me praescripta sibi & suis ecclesiasticis iudicibus facultatem cōperere assereret capiendi laicos propria auctoritate, & eos foruam fiscalij ministerio in carcerem mittendi, obortum fuisse contra Archiep. ius- sumque fuisse, vt dicta Regia ad vnguem obserua- rentur, vbi quoque egregie probat, quod per hoc hodie nō sit sublata potestas iudicibus ecclesiasticis, per *dict. l. Regias*, vt possint in his criminibus, in quibus de iure cognitionem habent, laicos coram se persona- liter citare: nam id quidem facere poterunt, & ita vtri- que quotidie, effugit iustissimum. Et supra dicta nostra sententia aduersus Doct. Conar. est tendenda, quamvis nouissime Doctor Paz. qui post haec scripta in lucem produxit in *sua praxi. 2. tom. 2. praeiud. nu. 55. & 56.* opinio- nem Episcopi sequatur, dicens supra dictam resolu- tionem communem sibi contrariam, in super & no- stras l. Reg. supra dictas in causis civilibus, vel in crimi- nialibus, vbi contra laicos proceditur ad punitionē culpae, quia tunc iudex ecclesiasticus, competens tamē, bene poterit eos capere & incarcerare, dicens ita in praxi obseruari in tribunali Episcopali Salmanti- no. Nam hoc est contra expressam mentem dictae cō- munitis resolutionis supra adductae, & contra verba *dict. l. Reg.* & ideo non est tenendum, sed quod praediximus. Eadem ratione rejiciendum est, quod dixit Roias *sing. 103. in fauorem fidei*, nempe dictam opi- nionem Couarr. & aliorum contra communem esse de vfu & consuetudine praescripta, quae seruanda est in Hispania, in omnibus fere Episcopatib. id namque negemus, estque contradictas leges Regias.

SUMMARI.

1. Lex 1. tit. 4. de las contestaciones, lib. 4. Noua Collectio- nis Regiae, cum sit rigorosa, an sit obseruanda in praxi, & numeris sequentibus, & num. 3. quod apud iudices inferiores est obseruanda.

2. Rigor.

- 3. Rigor huius l. explosus est nec admittitur apud superiores iudices.
- 4. Intellectus l. 1. tit. de los asentamientos, hoc lib. Noua Collect. Reg.

L. 1. tit. 4. libr. 4. Nou. Collect. Reg.

QUESTIO XLVI.

QVARTO JAN. 1. tit. 4. lib. 4. Noua Collect. Regia, vbi & si assi non respondere, que sea auido por confesso por su rebeldia por esta nuestra ley aunque no sea dada la sentencia contra el sobre ello cum nimis rigorosa videatur in hoc, an sit seruanda in praxi? videtur enim quod non, quia iure Regio iudicandum est sola facti veritate inspecta, cui standum est, vt in *l. 10. tit. 17. supra. hoc lib. 4.* veritas autem facti constare non potest ex contumacia rei, sapienter enim, imo sepiissime contingit, vt reus propter aliquod impedimentum, negligentiam, imo & ignorantiam & rusticitatem litem non contestetur, potius quam ex eo, quod sit vera petitio actoris, nec eam pro tali velit contestari. Secundo, ex *l. 1. tit. 11. de los asentamientos, infra hoc lib. 4.* vbi reus contumax in cōparendo in termino citationis, non habetur pro confesso, sed imo in causa proceditur vterius ac si litem esset cō- testata, vel si actor maluerit, mittitur in possessionem ex primo & secundo decreto, ordine contento in illa, quo posteriori loco quam nostra in hoc libro posita est: illa igitur videtur seruanda, non vero praedicta, de qua nunc est sermo. Quibus tamen forsitan atentis rigor nostrae legis in hoc est explosus nec admittitur in vsu apud Regios supremosq; iudices, vt testatur insignis Couarr. *lib. 1. variar. resolu. cap. 1. nu. 8. Auend. respon. 1. nu. 21. D. Perez. in presenti. col. 87. 5. post Ioan. Matien. quem refert in dialogo relatoris, part. 6. 4. 1. 5. & nouissime praedictio Monterrosus in sua practica, in 5. tract. fol. 82. ad finem.* Contrarium tamen in praxi vixitum se vidisse & a praedictis aduocatis ac à iudicibus superioribus acceptisse affirmat Olanus in *sua concordia iuris, litera e. nu. 101. dicens notare Greg. Lop. in l. 3. tit. 10. p. 3.* Ego vero in hoc Couarr. & Auend. credere malo, vt apud supre- mos iudices rigor nostrae l. non ferueret, quod & testatur postremo Salazar aduocatus curiae Granatenfis in *tract. de vfu, consuetudine & stylo Curiae, n. 42. v. f. propterea fol. 1. nec Greg. L. p. vbi supra, contrarium dicit.*

Apud inferiores vero iudices forma huius nostrae l. et si durasteruanda erit, vt indicat D. Perez *vbi supra*, praecipue cum sit posita in Noua Collect. Regia, in cuius principio pragmatica sanctione praecipuum est omnibus iudicibus, vt l. huius libri seruent in decisionibus causillarum, qui quidem non habet facultatem abrogandi dictas l. Et supra dicta nouissime etiam tenet Doct. Suarez de Paz in *sua praxi, 1. part. 1. tom. 6. tempor. n. 44.* sed solent iudices declarando pro confesso reum contumacem, ad probationem vtramque partem recepere: & effectus erit, quod onus probandi, quod actor habet, transferatur in reum, quod quidem non displicet, est alij iudices pro confesso declarent & condemnent in petitis, & vide *infra 949. n. 7.*

Non tamen obstat modo prima ratio in contrarium adducta, quoniam etsi per contumaciam rei de veritate nō constet vere, constat tamen fide & sic presumtione, cui praesumptio l. civilis nititur, prout solet alias. Nō obstat etiam *l. 1. tit. de los asentamientos, infra eodem lib.* quia si credimus glossatori Perez in *praesenti. co. 873. ver. pena autem*, nostrae l. pena locum habet, quando reus fuit citatus & recepit copiam petitionis: in casu vero alterius l. reus nunquam comparuit in iudicio nec recepit copiam libelli. Idem tenet reputans nouum Olanus *vbi supra. nu. 101. & 102. & iterum in epistolo*

legum Partitarum correct. num. 29. sequitur Doct. Suarez de Paz. *vbi supra, n. 42.* Sed apud me haec responsio male audit, quoniam diuina ad nostram l. com. in ea nulla mentio fiat, quod reus receperit copiam petitionis actoris: quoniam existimo sufficere ipsius contumacia in non contestando litem, postquam sibi vel procuratori suo fuerit à tabellione intimata petitiō actoris, hoc est *la demanda*, quamvis copiam ipsius non receperit. Quare verius existimo respondendum, quod lex nostra loquitur & procedit, quando iudicium inceptum fuit à petitione: vnde merito quod tunc reus contumax non contestando litem infra nouem dies habeatur pro confesso in petitis ab actore, vt ex se cō- stat: at vero l. altera, quando non à petitione, sed à citatione inceptit & reus non comparuit, quare cum nihil à principio fuisset petitiū, non potest haberi pro confesso reus, sed tantum pro contumacia simpliciter, vt contra eius bona procedi possit ad missionem in possessionem ex primo & secundo decretis, & hoc ne melioris conditionis sit contumax, quam comparens, vt in principio illius legis dicitur, & sic diuersae sunt potius, quam contrariae dict. l. l. praemaxime quia etsi posteriori loco collocetur l. illa de los asentamientos, prius tamē fuit condita: quoniam etsi ambo eiusdem auctoris sint, nempe Regis Ildesofni, in Curis de Alcalá, anno 1386. illa est in *tit. 6. nostra ver. in 7.* vt ex eorum subscriptionibus patet, vnde praesumendum minime est, eundem auctorem in continentibus velle se corrigere. Nec obstat, quod suprema iudices nostrae legis penam minime seruent: nam ipsi auctoritate pollent ad id, inferiores vero minime.

SUMMARI.

- 1. Accusatio contumacia an requiratur ad hoc, vt attendat leg. Regia, non contestans litem infra nouem dies, habeatur pro confesso, & numeris sequent. resoluatur affirmatiue.
- 2. Accusatio contumacia non requiritur stante statuto, quod non contestans litem infra certum terminum habeatur pro confesso, sed contra nu. 4.
- 3. Contumax ad hoc vt aliquis dicatur, requiritur accusatio contumacia ipsius.
- 4. Praxis huius Regni opinionem affirmatiuam probat, ad hoc, vt quis non contestans litem infra nouem dies habeatur pro confesso, requiratur accusatio contumacia ipsius.

Eadem lex 1.

QUESTIO XLVII.

QVARTO t circa eandem legem 1. an ad hoc, vt reus non contestans litem infra nouem dies, habeatur pro confesso, requiratur accusatio contumacia? Et videtur non requiri, quoniam reus eo ipso, auctoritate & dispositione legis abique aliquo facto partis, non contestans litem infra nouem dies post intimationem petitionis actoris sibi factam, habeatur pro confesso, sicque secum lex trahit exsequutionem, vt constat ex illis verbis, *Que del dia que la demanda fuere puesta al demas dado, o a su procurador, sea tenuto a responder derechamente a la demanda, contestando el pleyto, conociendo o negando, hasta nueue dias continos.* T si assi non respondere, que sea auido por confesso por su rebeldia por esta nuestra ley, aunque no sea dada la sentencia sobre ello. Ecce e go casum l. nostrae, qui videtur expressus pro hac parte. Nec obstat quod lex dicat, *Por su rebeldia*, quia verum est reum hoc casu sua contumacia ipso iure haberi pro confesso, auctoritate & dispositione legis, non tamen requirit eadem l. accusationem contumaciae, cum statim transacto termino nouem dierum, lite non con-

telata, lex habet eum pro confesso. Et in terminis similibus statuta ex esse tenet Bal. in l. tutor, num. 1. C. de interd. l. nat. sequitur l. in l. propter andum, §. & siquidem, num. 7. C. de iud. e. Oclavian. decisio. Pedemont. an. 3. num. 3. & 5. ubi refert et in Felin.

Sed nihilominus contraria sententia in terminis nostrae legis est verior & tenenda, imo quod ad hoc ut eius dispositio procedat, requiritur & sic necessaria accuratio quae circumagitur argument. text. in dicta l. propter andum, §. & siquidem, ubi actoris contumaciam incutante, ubi id notat Raphael & Paulus Castrensis, & alios allegans Petrus Duenn. in regul. 151. l. 3. Petrus Rebus. 3. tom. comment. ad constitutiones Gallie, in tractat. de contum. & de feli. & c. articulo 1. glossa unica, num. 1. Ioannes Baptista Tolata, in suo Avar. communium opinionum, litera A. num. 3. fil. 3. colum. 1. ubi dicit, hunc esse communem intellectum leg. 2. ff. si quis in ius vocatus non erit, secundum Alexand. consil. 92. num. 1. volum. 2. quem ibi refert & sequitur alios allegans Quiri. Mandos. in regul. 33. de annal. poss. quæst. 35. num. 9.

Secundo, per nostram legem, ibi: Por su rebeldia: Ergo contumacia accusari debet. Nam ad hoc, ut contumax quis dici possit, ipsius contumaciam accusari oportet: aliter enim contumax appellari nequiquam potest, iuxta doctrinam Bartoli in leg. 2. colum. ultima, ff. si quis in ius vocatus non erit, & eiusdem l. consentaneum colum. ult. C. quomodo & quando iud. & in Authen. ei qui, in fine, C. de tempor. apell. provit. refert. & sequitur Nicolaus Anton. Granatus in adnot. ad Oclavianum Verstrum, in sua introductione Romana Aula ait, libro 4. cap. 4. num. 17. Ican. Bap. ubi supra.

Non obstant nostra lex, ut supra pro contraria parte ponderata, quia licet ipsa expresse non requirit contumacia accusationem: cum tamen eam non tollat, tacite tamen videtur eam exigere, cum id omiserit, & intelligi debeat secundum juris dispositionem, quæ habet quod ad hoc ut quis dicatur contumax, requiritur accusatio contumaciae, ut supra est probatum in hac eadem parte, præcipue cum eadem nostra lex expresserit, Por su rebeldia. Præsupponere igitur videtur, accusandam esse contumaciam, quandoquidem

ob eam habetur reus pro confesso. Non tamen etiam obstat, quod in terminis similibus statuti tenuit Baldus in dicta l. tutor, & sequens supra citati, non tamen requiritur accusationem contumaciae: nam contra eos tenent alij, quos refert Ioannes Baptista Toletanus, in suo Avar. communium opinionum, litera A. num. 3. & Rebus. ubi supra, num. 10. & 11. & sic resultat secundum Ioannem Baptistam ubi supra, quod pars debet accusare contumaciam in terminis iuris vel statuti, contra Baldum ubi supra, licet dicat eius opinionem in iudiciis esse receptam, sed fallitur. Nam præaxis huius Regni hanc nostram opinionem probavit (nempe ut contumacia accusetur) quæ est servanda secundum Doctorem Didac. Perez in present. columna 871. quem refert Ioannes Baptista ubi supra, & Ludovicus Mexia in leg. Regia Tolet. 3. part. 10. fundamentum, num. 11. idem testatur, & iterum in pragmat. taxæ panis, 1. conclusum, num. 145. & de eadem præaxis testatur Doctor Suarez de Paz, in sua præaxis, 1. part. 1. tom. 6. tempore numero 24. Et sic non accusata contumacia, non reputabitur perfecta contumax, ut sequantur effectus legum Regiarum.

SVMMARIA.

- 1 Minor contumax in non contestando litem infra novem dies, & sic habitus pro confesso, an restituitur in integrum aduersus lapsam temporis & lesionem ex eo causatam? & sequitur.
- 2 In his, quæ sunt introducta ad rigorem iuris conservandum, vel qua concernunt formam actus mulier &

- 2 risticus non excusantur sed formam generaliter traditam debent observare.
- 3 Minor in delictis restituitur aduersus propriam confessionem, ubi aliter de delicto non constat.
- 4 Minor & ceteri privilegiati non excusantur à vera contumacia delo vero.
- 5 Mulier & risticus non restituitur, nisi in casibus à iure expressis.

Eadem lex 1.

QUESTIO XLVIII.

Quomax in non contestando litem infra novem dies, & sic habitus pro confesso in casu huius legis restituitur in integrum aduersus lapsam temporis, & lesionem predictam ex ea causatam, ita ut servetur illisus & sua contumacia sibi non nocent?

Et videtur quod non, quia in iis quæ sunt introducta ad rigorem iuris conservandum, vel quæ concernunt formam actus, non excusantur mulier & risticus, sed formam generaliter traditam debent observare Bald. in l. iuris ignorantiam, ad finem, C. qui admittit, & ibi Fulg. & Paul. l. 1. alios referens in l. cum dubitatur, nu. 119. C. de iure employ. Felin. in cap. fraternitatis, nu. 6. ver. item secundo, de testibus, decisio. Pedemont. 87. nu. 4. ubi alios allegat, & præterea probat, risticum nec mulierem non esse restitutos aduersus pronuntiationem positionum in eorum contumaciam factam, dicens ita censuisse senatum illum: sed hæc nostra lex est huiusmodi, ergo, & c. Et in terminis eiusdem hanc partem refert tenere aliquos Doct. Bonifacius in sua peregrin. parit. verb. licio contestatio.

Sed contrarium esse tenendum, nempe ut minori in casu huius legis competat restitutio in integrum aduersus suam contumaciam & lesionem ex ea procedentem, cum alias eidem concedatur aduersus lapsam temporis atque lesionem inde sibi provenientem, ut in Clement. vnie. de integ. restitut. & l. 1. tit. 8. infra hoc lib. 4. ubi restituitur aduersus probationem omittam.

Et in terminis, quod minores, si habeantur pro confessis ex dispositione legis vel statuti, ita quod sint contumaces, iuventur aduersus dolum huiusmodi præsumtum beneficio minoris ætatis, vel in integrum restitutione, quia non dicuntur constitui in vera contumacia, innuit Paulus de Cast in l. vbi, nu. 1. ff. de eden. & expressum tenet, alios allegans Hippolyt. in præxi. crim. §. postquam, nu. 60. & Auendanus respon. 15. nu. 5. & in terminis nostræ l. Doct. Didac. Perez in ead. col. 871. in princ. & Doct. Suarez de Paz in sua præxi. 1. part. 1. tom. 6. tempore, nu. 42. Sed hi omnes omiserunt allegare text. exprellum pro hac opinione in l. minor etiam, 9. in ordi. ff. de minor. vbi dicitur: Minor etiam quasi contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit. Si tamen t minor & ceteri essent in dolo vero, ut quia dicerent, nolo comparere, vel aliter iudicem contemnerent, non excusantur à vera contumacia, & sic non iuventur prædicto beneficio secundum Paul. & Hippolyt. ubi supra. Non t obstant ad ducta in contrarium, quis procedunt in muliere & ristico, qui quidem non restituitur, nec eis fauere in similibus casibus à iure expressis, gloss. & communis in l. fin. C. de iur. & fact. igno. l. regula, in princ. ff. eodem tit. 2. decisio. Pedemont. ubi supra: non vero loquimur in minore, qui bene restituitur per supra dicta.

SVMMARIA.

- 1 An aduersus confessionem factam, in iudicium ex contumacia, admittatur probatio in contrarium, & num. sequent. resoluuntur affirmatiue.

- 2 Confessio facta eiusdem iuris ac vigoris est, ac si fuisset veritas, & nu. 6. quomodo intelligatur.
- 3 Contra probationem veram non admittitur nisi error, si que probari debet.
- 4 Aduersus sententiam, qua pronuntiat contumax pro confesso admittitur contumax cum nouis probationibus.
- 5 Sententia qua fertur ex probationibus privilegiatis non transit in rem iudicatam.
- 7 Practica Amlesti in proposito legis Regie reuocatur.
- 8 Contumax in non contestando litem, non habetur pro confesso, ubi mandatum actoris non est exhibitum & in iudicio productum.

Eadem lex 1.

QUESTIO XLIX.

Quomax, tertio circa eandem legem, ad aduersus huiusmodi factam confessionem admittatur probatio in contrarium, ut puta, si reus velit probare se non debere quod ad auctorem petitur esse solutum? Et videtur quod non, quia prædicta confessio facta eiusdem iuris & vigoris est, ac si vera esset, ut tenet Barolus & Baldus in l. quoniam ff. de his que notantur infra. Arcesius consil. 146. inc. p. vna consularione, num. 1. & alii: & confessio facta dicitur manifesta, secundum f. sup. l. manifeste, nu. 4. ff. de iureiur.

Sed contra t veram confessionem non admittitur, nisi tantum quod confessio fuit facta per errorem, itaque probari debet, ut tenet gloss. 2. ubi in cap. Romana, 9. fin. antem, de appellat. in sexto, l. mol. in l. constitutiones ff. de appellat. Bald. in l. minoribus, C. de his quibus ut videtur & in l. vnic. C. de confess. ergo nec contra factam, ut in terminis nostræ legis tenet Ioann. Baptista Tholer. in suo Euario communium opin. litera A. numer. 1. & in simili iudicio testatur ita communitur obseruari Bal. in l. seruans quoque §. publice, nu. 7. ver. si. pro hoc etiam de off. ac procurat. & alii quos refert Menchaca de success. creat. §. 5. num. 15.

Sed contrarium esse tenendum, imo quod aduersus hanc factam confessionem admittatur probatio, cum hæc confessio sit facta & præsumta, & possit veritas haberi in contrarium: ita tenet Aretin. ubi supra, num. 4. §. 6. dicens communiter tenei antequam feratur sententia, & Menchaca ubi supra, alios referens, vbi limitat in eo, qui noluit iurare de calumnia, & in eo, qui vere fuit contumax in non comparendo: quia in his casibus contumax statim certe & indubitabiliter delinquit, nec vlla superueniens probatio delictum illud temerit commissum potest infectum reddere: secus vero est in contumace in non comparendo intra certum terminum ad litem contestandam: nam is cum crebrius ex obliuione vel negligentia vel forte ignorantia, quævis supina & crassa, delierit comparere, non delinquit, ac proinde poterit postea probare contrarium.

Imo etiam t aduersus sententiam, qua pronuntiat contumax pro confesso admittitur ipse contumax cum nouis probationibus, quia prædicta sententia fertur ex probationibus priuilegiatis & præsumtis: t quo casu sententia non transit in rem iudicatam, ut tradit Iul. in l. i. ff. si cert. per. & cum referens Marant. de ordine iudic. 6. part. princip. in 3. eius parte, in princip. 1. actu, num. 141. idem l. in repet. l. adnot. di. num. 8. & sequentibus ff. de iureiur. and. quod si exsequatur prædicta sententia, poterit accipi quod non transierit in rem iudicatam, & præterea in executione probati contrarium: quam opinionem aduersus Aretin. ubi supra, probat & sequitur Curtius Iun. in repet. d. l. adno. nu. 11. Conducunt tradita per Auend. respon. 15. ver. sic. 13. &

quamvis supradicti Doctores loqui videantur in facta confessione per contumaciam in non comparando in causa criminali, de quo est l. 3. tit. 10. infra hoc lib. 4. eadem tamè ratio militat in ciuilibus, in quibus non loquimur, cum utroque casu confessio sit facta & ueritate (secundum quam est iudicandum) ut modo dicebamus, possit haberi in contrarium: & in terminis allegans Baldum in l. error, in fi. C. de iur. & fact. igno. & in l. iura demum, C. de procurat. tenet Gregor. Lopez. in l. gloss. fin. tit. 1. part. 3. Nec probat quod confessio uera & facta acquiparantur, quia hoc verum est quoad effectus, dum non probatur contrarium aduersus factam confessionem, cum ea non sit certa, sed præsumta: at vero aduersus veram propriam confessionem nihil aliud quam error probari potest. Et quamvis aduersus fictionem non admittatur probatio in contrarium, ut notatur in l. sue possidetis, C. de probat. & in l. fin. ff. quod met. caus. hoc tamen verum est, non admitti super eo quod sit fictio, unde si uellet probare se non esse confesum, eo casu quo agitur fuisse confesum, non potest: si uero uelit probare contentum in illa facta confessione, non esse verum, potest, quia hoc non repugnat fictioni, ut tenet in terminis nostræ quæstionis Alexand. consil. 145. numero quarto, volum. 6. Anton. de Buretr. in cap. ex parte, ad fi. confess. & in terminis nostræ legis hanc sententiam late pluribus probauit Auiles c. 15. pratorum, in gloss. com. 2. l. 1. §. sequentibus, ubi admonet iudicem, ut sit cautus hoc casu, ut quando aliquem condemnauerit pro confesso, quia litem non contestauit infra nouem dies, vel quia non respondit positionibus, vel ob aliam iustam causam iuris, quod tempus in tali sententia seu declaratione pro confesso recipiat partem sic declaratam & condemnatam pro confesso ad probandum quod uoluerit iure nouem dies: quia si probet innocentem, & de nihil debere & rem aliter se habere, reuocabitur confessio & liberabitur: quod ipse facere semper dicit, & quod audit in audientia regali, ita fieri, cuius dictum proba; practica autem propria ipsius mihi non placet, nempe quod in sententia condemnatoria detur terminus ad probandum, sed vel ante vel post id fieri debet. Addit præterea Auiles ubi supra, numero 22. quod si mandatum procuratoris actoris non sit exhibitum & productum in iudicio, reus non tenetur contestari litem, & etiam si eam non contestetur, non habetur pro confesso, secundum Montal. & Castell. quos refert & sequitur etiam Doctor Didac. Perez in l. i. tit. 4. lib. 1. ordin. colum. 927. & sequens, communiter testatur Doct. Anton. de Padilla in l. error. num. 18. C. de iur. & fact. igno. ex iudicio enim nullo in non respondendo, quis non potest haberi pro confesso, licet pars non opponat, secundum Roman. consil. 224. Roland. à Valle consil. num. 6. §. 7. & sequentibus, præcipue num. 7. lib. 1. Mexia in l. Regia Tholerti de l. terminis, in 10. fundamentis, 1. part. 1. & sequentibus, & quod reus non teneatur litem contestari, nec habeatur pro confesso, quousque pars aduersa ostendat mandatum in iudicio, & sic opin. Montal. Castell. sequitur etiam Doct. Quæst. ad lib. 1. quæstio iuris, quæst. 11. num. 14. ad fin. Eandem supradict. sententiam principalem in nostra quæstione probauit in terminis dictæ legis Regie Doctor Suarez de Paz in sua præxi. 1. part. 1. tom. 6. tempore, nu. 39.

SVMMARIA.

- 1 Fictus confessus per contumaciam in casu legis Regie ob non contestatam litem, an admittatur appellatio? Resoluitur affirmatiue.
- 2 Appellari licet non possit à paena legis, à pronuntiatione tamen & declaratione ipsius, hoc est, aliquem in iudicio se in eam, bene potest appellari.

QVÆSTIO L.

QUARTO + quinto circa eandem legem, an huius confessione per contumaciam, & pro tali sententia condemnato, reliquum sit aliud remedium, nempe appellatio? & videtur minime prædicta sententia appellare posse, quoniam verus contumax non auditur appellans, ut in l. pro eandem, §. si autem verus vbi. Bal. m. c. C. de iudic. & in l. post edictum, §. si ff. cod. Secundo, quia à pena non admittitur appellatio, ut in l. si qua pena ff. de verb. sign. & in cap. quia nos, de appellat. gloss. in cap. super hie, verb. arb. t. iun. de accusat. sequitur plures allegans Didac. Perez in dicta l. tit. 4. lib. 4. Nova Collect. Regia, fol. 873. Tertio, per l. 1. tit. 7. infra hoc lib. 4. ibi: Qui desit mandamentum, &c. Vbi ex similibus impositione pœnæ non habent locum appellatio nec supplicatio, aliudque vllum remedium, & in terminis quod verba hæc vt contumax habeatur pro confesso, importent quod contumax non appellet referet tenere plures Doctores Ioannes Baptista Tholet. vbi supra. in suo Errato communis opinion. littera T. numer. 1. vers. de iure autem regio, &c. Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, nempe vt fictus contumax & pro cõfesso eodemmodo in casu nostræ legis, ob litem non cõtestatam, intra nouem dies possit appellare à prædicta sententia, & in causa appellatiõis probare rem aliter se habere, & sic obtinebit: quia hic est fictus contumax, & ideo merito auditur appellans, vt tenet gloss. in l. creditor §. in ius ff. de appellat. vbi Bart. & tenet in terminis B. Ald. in l. ita demum, num. 5. C. de procurat. Paul. de Cast. in l. final. 6. quid si actor, n. 6. C. de iur. iur. propter calumniam. And. sequitur etiam Aules in cap. 15. præ in gloss. om. et illos num. 15. & sequentibus. Didac. Perez vbi supra. colum. 871. & 873. & ita iuxta hanc opinionem in praxi obtinui. Multo post eandem sententiam scripsit Suarez de Paz, vbi supra eum allegans, questione 2. præcedens, in fin. Nec t. obstat, quod à Pœna l. non appellatur: quia licet id verum sit, à pronuntiatione tamen & declaratione ipsius, hoc est, aliquem incidisse in eam, bene potest appellari, si constat eum non incidisse, vel est dubium: iuxta gloss. in cap. cupientes, §. quod si per viginti, verb. priuatos, de elec. lib. 6. sexto, quæ est singular. & Legit. incognita secundum Curt. l. un. plures allegantem in l. om. in princip. num. 41. ff. si quis ius dic. non obtemper. Non etiã obest d. l. 1. tit. 7. infra, hoc libro 4. quia illud procedit, antequam incurrat pœna, nempe cù iubetur declarari de calumniæ positionibus sub pœna confessi, quia ab hoc mandato & impositione non admittitur appellatio nec supplicatio ad impedendam declarationem de calumnia: nos vere agimus post declarationem incursum pœnæ, scilicet, à sententia, quæ declarat reus pro confesso propter non cõtestatam litem infra nouem dies. vt ab hac declaratione admittatur appellatio, quod est diuersum.

SVMARIA.

1 Litis contestatio hodie fieri potest in absentia partis.

Eadem l. i.

QVÆSTIO LI.

QUARTO + sexto circa eandem legem, an litis contestatio fieri possit in absentia actoris: Et partē negatiuam tenet Bartol. C. de liti. contest. post. Speculat. eodem tit. est communis secundum Inol. in cap. 1. columna final. de liti. contest. prout refert Gregorius Lopez in leg. tertio, glossa final. titulo decimo, part. 1. Contrariam

tamen opinionem tenebant Antonius & Abb. in d. l. Et capitul. 1. de liti. contestat. & Rota in nouis decisio. 1. quæ hodie approbat in l. infra hoc titulo quarto, lib. 4. ibi: El demandador presente, &c. Et ita practicitur, vt testatur Gregorius Lopez vbi supra. & inquit Didacus Perez in dicta l. 2. eam esse noui iuris promulgatoriam in nostro Regno: nam iure communi fœditum erat in contrarium, quomodo ostensum reliquit Balduinus in l. rem iudico, colum. 2. vers. sic. tertio quart. num. 4. C. de liti. contestat. & ita vidi sapissime practitari iuxta sententiam supradictam tenendam dicta legis 2. approbatam.

SVMARIA.

- 1 Litem pendens, declinatoria vel alia exceptio dilatoria opponenda est ante litem contestatam: quod si postea opponatur, non differtur ob eam iudicium, sed amittitur in vim peremptoria.
- 2 Scholaris omittens allegare privilegium magistri sui, & errore passus est in litem contestatam, non potest litem contestationem conducere.
- 3 Amor vel Ecclesia omittens allegare exceptionem dilatoriam vel fori declinatoriam ante litem contestatam, an possit in integrum restitui aduersus aduentum? Contraria in hoc referuntur sententia.
- 4 Vera resolutio & concordia inter prefatas sententias assignatur.

L. i. tit. 5. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO LII.

QUARTO, + l. i. tit. 5. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ cauetur, litem pendens vel aliam exceptionem fori declinatoriam opponendam esse infra nouem dies ante litem contestatam, prout etiam iure communi, vt ante litem contestationem, eadem exceptio vel alia dilatoria opponendi debet, cautum existebat, vt in l. final. C. de except. vbi Bartolus & ceteri notant, glossa in cap. exceptionem, de exception. vbi late Felinus, Bartolus etiam & Iason in l. eleganter, §. si quis post, ille numero quarto & sequentibus, hic numero quarto & quinto, ff. de condit. indeb. idem Bartolus in l. si conuenit ff. de iurisdictione, omn. iudicium, vbi Iason, numero 31. plurima in proposito adducit. Idem Bartolus in l. quidam consulant, numero nono & sequentibus, ff. de re iudicata, l. 5. titulo tertio, part. 1. vbi quod post litem contestatam non admittitur: quod intelligendum est, vt ex hoc non differatur iudicium, non vero vt omnino excludantur, qui postea poterunt admitti in vim peremptoria, vt cum Abb. concludit Gregor. Lopez in dict. l. 9. gloss. 1. Idem t. in scholari omittente allegare privilegium magistri sui, sed errando passus fuit in se litem contestatam, vt non possit litem contestationem conducere, tenet gloss. in l. 1. verb. con. en. i. vbi. Sed contra dicit, ff. de iudic. cuius opinionem sequuntur Angel. & Salycet. in l. 1. Cod. de iudic. & Iason, in l. si per errorem, columna secunda ff. de iurisdictione, omn. iudic. vbi dicit communem, ceterique scribentes ibidem agunt de veritate illius glæ que probant.

Modo quarto, an minor, vel Ecclesia omittens allegare exceptionem dilatoriam vel fori declinatoriam ante litem contestationem, possit restitui in integrum aduersus prædictum nocumentum, ad hoc vt postea possit eam opponere: Et ex generalitate d. l. Regiæ, cum indistincte loquatur, videtur quod non: & in terminis ita tenet Innocent. in cap. com. felix, numero secundo, de in integ. restit. quem refert & sequitur Angel. in l. 1. §. 1. ff. de iudic. Felin. in cap. fratemitatis, n. 6. vers. fallit 2. de testib. vbi loquitur in exceptione dilatoria vel

vel declinatoria, quæ non cõcernet merita causæ, quia illa dicitur modici præiudicii, Innocentium sequitur etiam Couarra in pract. quæstio. capit. 19. num. 4. vers. cul. quinto, vbi alios allegat: sequuntur alii relati ab Ant. Capisio decisio. 3. nu. 4. & sequentibus, vbi num. 1. concludit secundum hanc opinionem fuisse votatum in consilio Neapolitano. Sciuille denegatam restitutionem sequitur Mattheus de Afflict. decisio. 390. num. 5. vbi loquitur in Ecclesia, Iason, in dicta l. eleganter, §. si quis, post. num. 4. dicens bene notandum. Practicus Monterro, in sua pract. in secundo tractatu, in princip. fol. 8. columna secunda, ad si & nouissime post hæc scripta hanc testatur communem plures citans Oddo Sfortia 3. part. de restit. in integ. qu. 5. §. 6. n. 10. Pro hac parte facti per locum ab speciali l. 5. inf. hoc tit. §. vbi tantum conceditur minori restitutio ad opponendas exceptiones nouas in prima instantia ante conclusionem ad diffinitiuam: ergo ad opponendas veteres ea non conceditur.

Sed contra hanc opinionem facit quia minor & Ecclesia restituitur aduersus temporis lapsum, vt in l. minor 15. ann. omittens allegationem, 37. in ord. n. ff. de minor & ibi gl. 1. exemplificat in exceptione dilatoria omittente: vt in l. 1. de restitutione, in integ. que generaliter loquitur, & in terminis hanc partem tenet Specul. in l. 1. de restit. in integ. §. 1. num. 35. vers. sed si minor & eam sequuntur plures secund. Ioan. Orso in l. de die, §. si seruus, n. 3. ff. qui satisdat. cogant.

4 Qua in re ea mihi cõcordia placet, quam Orosc. ex Alexand. & Couarra refert vbi supra, scilicet, vt si exceptio dilatoria omittit modici momenti sit, procedat prima opinio Innocent. & sequatur, vt ad eam opponendam post litem contestatam restituitur minime concedatur, minori, nec Ecclesia, idque colligitur ex mente & verbis Innocent. & Felin. vbi supra. Ipse enim Innocent. hoc nititur fundamentum: quia qui huiusmodi declinatorias fori proponunt, nihil vel parum consequuntur, etsi obtineant, quia sic remanent ciuilitet & naturaliter debitores, si obtineat in huiusmodi exceptionibus, sicut si succumbant & ita non læduntur, quia aliquid non amittunt, nec omittunt acquirere: alias enim vel si oneri, quod non expedit, hic subiciat minor, ex huiusmodi omissione vt bene sentit Innocent. vbi supra, restituitur ipsi datur, vt statim dicam.

Si vero ex omissione ipsius exceptionis dilatorie vel fori declinatorie minor vel Ecclesia grauius lædatur, tunc competit ipsi restituitio in integrum aduersus prædictam læsionem, ex quampuribus iuris id generaliter probantibus, vt tenet in proposito Innocent. vbi supra, quam distinctionem expressis probauit Ioan. Andr. in ea fratemitatis in nouel. de testib. totum hoc remittens iudicis arbitrio, vt si minor vel Ecclesia in hoc modice lædatur, restituitio denegetur, vt l. 1. §. ff. de in integ. restit. Sed si lædatur propter hoc in lite concedatur: & quod hæc sit materia arbitraria, tenet Capicinus vbi supra, numero 11. & supradictam resolutionem & concordiam alios referens sequitur Doct. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 12. num. 60. & 61. & est vera & tenenda in hoc articulo, nec non & Sfortia vbi supra, nu. 39. alios citans & allegans D. Couarra vbi supra, dicentem hanc opinionem esse receptiorem: sed Couarra vbi hoc dicit, non loquitur in hac specie, sed in ea, an minor, ecclesia vel Res publica admittatur beneficio restitutionis in integrum ad probandas causas reuocationis iudicium post conclusionem in causa ante tamen ortas & resoluti admissum secundum receptiorem opinionem, & in praxi admittam.

SVMARIA.

1 Exceptio dilatoria post nouem dies à lege data, opposita cum iuramento rei de nouo ad suam notitiam peruenisse

se, an admittenda sit in vim dilatoria ad impediendum litem progressum quod non.

2 Exceptiones peremptoria apud suprema tribunalia admittuntur etiam post terminum viginti dierum, & si peritum fuerit, declaratur que la sententia de pruen- te sentienda con ellos: sed per iudices inferiores non admittuntur.

Eadem lex I.

QVÆSTIO LIII.

QUARTO etiam circa eandem legem, l. i. tit. 5. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ, quid si post prædictas nouem dies reus alleget exceptionem atque dilatoriam in vim dilatoria, ad impediendum litem progressum, iurans eam de nouo ad suam notitiam peruenisse, an sit admittenda in vim dilatoria ad impediendum litem progressum? & videtur quod sic, sicut videmus in exceptione peremptoria, vel præiudiciali, quæ admittitur etiam post terminum viginti dierum: de quo in hac eadem l. cum iuramento de eiusdem noua notitia, & in terminis ita sentit Gregor. Lopin l. 9. in gl. non deus ser. op. d. 1. 2. par. 4. Sed contrarium verius videtur, scilicet, vt quamuis prædicta exceptio dilatoria, cum prædicto iuramento admittenda si post dictos nouem dies, præcedat tãquam peremptoria, non vero tanquam dilatoria, nec in vim eius, vt impediatur litem progressum, quia terminus viginti dierum nostra l. 1. ad proponendas exceptiones peremptorias tantum statutus est à lege, non vero dilatorias. Secundo, quia post limitationem termini nouem dierum ad proponendas exceptiones, dilatorias, addit eadem l. 1. non se dado mas termino. Ita in terminis tenet Olanus in suo epilogo, leg. part. correct. num. 19. nam alias, vt inquit ipse, multis peritioribus & litium dilatoriis occasio suppeditaretur. Exceptiones tãtem peremptoria apud suprema tribunalia admittuntur etiam post terminum 20. dierum nostræ legis, & si petitum fuerit, declaratur: que la sententia de pruen- te sentienda con ellas, sed per iudices inferiores nõ admittuntur, cuius styli meminit Olanus vbi supra: pro quo facit nostral. 1. ibi. Sal- no si los del nuestro Consejo vieren por las consideraciones susdichas en la ley primera, que con iuramento de la parte se diesen recebir, y que no se alegan maliciosamente, que en tal caso las pueden recebir.

SVMARIA RIVM.

1 Testes iuramenti in termino, an post terminum possint examinari: in membris resolutio.

L. i. tit. 6. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO LIV.

QUARTO + circa legem l. i. tit. 6. libr. 4. Nouæ Collect. Regiæ, ibi: Para probar y auer prouado, y para presentar la prouada, an casu huius legis, vel regulariter testes iurati in termino, possint post terminum examinari: Hæc est ardua questio, quam tangunt Doctores in cap. licet, de probat. & alibi sapissime, quibusdam tenentibus partem affirmatiuam, quia dictum testis trahitur ad tempus iuramenti, & licet non dicatur habere necessariam consequentiam ad iuramentum, habet tamen connexitatem & correlationem ad id, quia depositio est implementum iuramenti, in quo promissis dicere veritatem: ideo dies & locus iuramenti inspicitur, alius vero contrarium affirmantibus, nempe partem negatiuam, præcipue si pars fuit negligens circa examinationem in termino. Veruntamen in hoc recepta resolutio est, vt pars affirmatiua procedat in dilacione

arbitratia data à iudice, quia tunc testes iurati in termino possunt post terminum examinari, etiamsi pars non fecerit diligentiam circa ipsorum examinationem in termino: negatua vero opinio procedat in termino legali, veluti si datus esset terminus ad probandum & probatum habendum, maxime si hoc calu adhiberetur per omne genus probationis: quoniam his ultimis casibus testes post terminum datum non possunt examinari quamvis in termino iuraverint: quae communis resolutio colligitur ex Doctoribus in d. cap. i. c. i. c. praecipue ex Felin. b. num. 10. Dec. nu. 4. & optime ex repet. Felin. in ver. testes si sunt producti fol. 135. Marant. de ordin. iudic. 6. par. 2. actus, de d. l. nu. 16. pag. 426. Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 1. o. d. r. e. l. u. m. 1. o. o. in si & col. sequen. & ita est resendum. Quare cum nostra l. dicat: Pa. a prouar y aue. prouid. y para present. la prou. ca. insuper & hic sit terminus legalis, manifestissimum atque sine vilo dubio est in calu ipsius testes minime posse examinari post dictum terminum, licet in eo iurauerint, & idem exillimo in aliis terminis leg. libus, prout est terminus decem dierum datus à l. Regis ad probandas exceptiones legitimas in causis exequationis, nec tunc sufficit testes iurasse in praedicto termino decem dierum, nisi quoque examinati fuerint in praedicto termino: quam sententiam ex liter. d. l. probatur Ioan. Lup. & Castell. in l. 6. tauri, con. que referens Didac. Perez. vbi supra. col. 110. & Auend. c. 16. prat. in princ. & ita practiacur in causis exsequationis à peritis iudicibus. Et nouissime eandem resolutionem communem plures alios citans, sequitur Petrus Sardus c. 1. s. per totum, vbi etiam quid sit conclusum in causa, & sententia lata, & iterum facta publicatio testium: tandem quando res non est integra quia pars didicerit testificata.

S V M M A R I A.

- 1 Terminus vltimarum sex mensium, an ex causa possit perorari quod possit, &.
- 2 Inperitus actum facere in termino statuto non excusatur, nisi protestetur de impedimento.

Eadem l. i.

Q V A E S T I O L V.

Q V A E R O ¶ Circa eandem l. i. tit. 6. lib. 4. Noue Collect. Reg. de termino dilationis vltimarum loquentis ibi: T que no se pueda dar, ni de otro termino ni a la. q. i. o. quato. l. a. z. ni por quinta dilacion, ni con restitucion, ni en otra manera, quid si iusta causa subsit, ob quam probatio fieri non poterit intra dictum terminum sex mensium, vt puta guerrarum, vel iustum timorem inimico: an supuenientem, & sic propter notorium impedimentum, an debeat dari alio competens dilatio ad probationem faciendam constituto de dicto iusto impedimento: Et videtur quod non, attenta litera huius legis, praemaxime si pars petens dictam dilacionem, fuit negligens in prima sibi concessa, nec protestata est impedimentum: quia impeditus actum facere in termino statuto, non excusatur, nisi protestetur de impedimento, vt dicit gl. in c. cupientes, s. quod si per viginti, verbo, proposita & ibi Jo. Andr. & Domin. de elect. lib. 6. q. 1. in c. 1. verbo mandauit, & in e. plerumq. gl. si de rescript. gl. in c. 1. si quis vero, de pac. inuamento firmand. Lucas de Penna in l. qui grauatos, C. de censib. lib. 11. de quo per Marib. de Afflic. decis. 2. cap. 50. n. 3. & seq. alias enim si praedicta pars sic impedita faceret quicquid posset in d. termino, ne terminus laberetur abiq; probatione & protestaretur de impedimento vt dicit rex & gl. in l. si C. de tenor. appel. sibi non noceret, imo ei competeret restitutio iuxta doctrinam Baldi in l. si. C. ad l. Iulian. de adulteris.

Sed his non obstantibus, tenendum est contrarium imo quod in calu nostrae quaestionis, vel ob aliam iustam causam, puta quod in termino dilationis concessa minime se obtulit tractatus ad illas partes vltimarum, vel si se obtulit, non contingit reditus, hoc est, pro vino la armada, sic concedenda alia competens dilatio, consisto de praedicto impedimento, prout iam vidi in praxi obtentum fuisse in supradictis 2. & 3. exemplis: & in primo idem decreuit sacrum Concilium Neapolitanum, vt affirmat Marthaeus de Afflic. decisioe 50. vbi satisfacit fundamentis prioris partis, & ita est tenendum: plurimum tamen conduceret protestari, impedimentum in praedictis casibus, & praeterea petere secundam dilacionem durante primo termino, vt sit potius prorogatio prioris, quam noua concessio quauis his cessantibus si recte constitisset de iusto impedimento absque calumnia partis, nec ex eo ius aduersarii esse factum deterius, ad huc censetur, ne facultas probationum coarctetur, argument. l. quoniam, cum siml. Codic. de haer. Nec obstant verba nostra l. i. su. prouela, quia debent intelligi, praeterea si iustum & verum impedimentum superueniat, & sic ex iusta causa concedi poterit, non autem semper & statim concedenda erit praedicta dilatio secunda ob quamlibet causam, quando quidem minor etas ad id minime sufficit, vt constat ex eadem l. ibi: Ni con restitucion, sed ob impedimentum vrgentissimum, verum & notorium, vt in exemplis supra assignatis.

S V M M A R I A.

- 1 Pars habens testes vltimarum, si omisit petere terminum vltra mare simul cum termino ordinario, sed eum petit pendente iam termino probatorio, addens se esse contentum, vt incipiat currere simul cum ordinario, an debeat obinere? Resoluitur affirmatiue.
- 2 L. i. C. de dilat. canonizata est in cap. inducia, versicul. sparium, 3. quasi, 3. vbi terminus nouem mensium datur ad producenda instrumenta & probationem faciendam per testes exsistentes vltra mare, & tamen arctatur pars ad eum terminum petitum cum termino ordinario.
- 3 Terminus vltimarum concedi debet, non solum quando petitur ad probationem faciendam per testes, sed etiam ad producenda instrumenta illic existentia.

L. 3. tit. 6. lib. 4. Nou. Collect. Regiz.

Q V A E S T I O L V I.

Q V A E R O ¶ Circa legem i. e. i. d. e. m. tit. 4. lib. 4. Noue Collect. Regiz. ibi: T mandamos que qualquier a de las pates que quisiere pedir termino vltimarum para hazer prouar ca. lo pida juntamente con el termino ordinario, & c. quid si pars habens testes vltimarum, omisit petere dictum terminum vltimarum simul cum termino ordinario, & sic recebida y a la causa a proua, addit tamen se esse contentum, vt terminus vltimarum, quem petit, incipiat currere atque computetur a tempore, quo fuit concessus ordinario, & sic quod simul ambo currant, an obtinere debeat in hoc necne? Et videtur sibi esse denegandum, ex litera nostrae legis supra relata, iuncto sine eiusdem legis, ibi: T que no auendo pedido el dicho termino vltimarum, segun dicho es, no le pueda de si por concedido. Lex igitur quae hoc beneficiu introduxit atque concessit, potuit praefigere atque limitare tempus in quo peti deberet, ita vt si post idem tempus petatur minime concedatur, vt ipsa sanxit. Sed nihilominus in calu nostrae quaestio-

L. 5. tit. 6. lib. 4. Noue Collect. Regiz.

Q V A E S T I O L V I I.

Q V A E R O ¶ Circa legem 5. tit. 6. lib. 4. Noue Collect. Regiz. ibi: T que des fuer de publicadas no pueden ser tonados, ni traydos otros en prima instancia, & c. omillis pluribus limitationibus quae ad hanc regulam traduntur per Doct. diuersis in locis, praecipue in cap. fraternitatis, vbi Felin. de testib. Socin. in regul. 404. & Marant. de ordine iudic. 6. parte principalis, 7. membr. numer. 19. folio 406 & Repet. Felin. in versicul. publicatio sola testium. Marib. de Afflic. decisioe Neapolitan. 23. Hippolytus in l. 1. s. si quis vltra, numer. 20. & sequentibus, ff. de quaestio. Roland. à Valle consil. 52. libro quarto, & Bossius in sua praxi crimin. tit. de public. processu & test. fol. 426 & sequentibus, & nouissime per Menoch. & de arbit. iudic. lib. 1. quaestio. 32. per totum, an quando testis dimittit, & non perfecte examinatus est, adeo vt ipsius testimonium inutile sit post iterum post publicatas attestaciones examinari? & videtur quod non, quia adhuc hoc casu militare videtur suspicio subornationis, ob quam tollendam iure communi & Regio prohibetur productio examinatioe testium post didicta testificata: item si culpa partis id contingat, sibi imputat: si vero culpa iudicis, petat pars ab eo damnum, siue id quod intercessit in syndicato Nihilominus tamen tenendum est contrarium, si culpa iudicis testis male examinatus est, vel si obscure deponat: quia poterit idem iudex, cum ex officio, tum etiam parte petente, iterum eundem testem obscure deponentem examinare post publicationem, qui licet ad id minime teneatur, poterit tamen illud facere, abique eo quod ab altera parte in syndicato argui possit: imo reclus & Christianus iudex hoc semper faciat, ne sua culpa & negligentia pars indebite damnum patiatur & ita hoc casu in praxi obtinui. Si vero culpa ipsius partis testis dimittit & imperfecte deponat: quia deficit aliquid in interrogatoriis; tunc index ad instantiam partis post publicationem testium minime poterit eundem examinare, nisi contrariam partem grauando, vt colligitur ex glo. i. circa fin. in cap. peritus, de testib. & ibi Abb. & Imol. communis secundus, & optime Alexander, cum Paul. de Castro quem refert consil. 128. numero quarto, colum. 6. Marant. vbi supra, numer. 19. Tiraquell. in l. boues, s. hoc sermone, numero undecimo, ff. de verb. signis. Ludouicus Mexia in l. Regia Tholoe. de los terminos, 1. part. fundamento, 12. folio 31. colum. 3. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quaestio. 14. numer. 15. Roland. à Valle, vbi supra, numer. 18. Neius de sancto Gemin. in tractatu de testibus, numer. 125. volum. 5. tractatum diuersorum Doctorum, fol. 203. & Tyndar. in eodem tractatu & volumine, lib. 1. cap. 4. num. 1. & 2. fol. 214. dicens, quod in dubio praesumitur negligentia, vel malitia iudicis in hoc: quod fieri potest secundum ipsum, etiam quando testis non fuit interrogatus de causa scientia: nam potest ad instantiam partis interrogari de ea, etiam post publicationem: secus tamen esset, si testis interrogatus de causa scientia, aperte non respondisset, quia sufficit quod de causa scientia fuerit interrogatus, quod & tenuit Bossius vbi supra, numero 26. Et quod in iudex fuit negligens interrogando testes, sint iterum reperiendi, non obstante publicatione, tenet cum Speculat. & aliis Petrus Surd. consilio. 8. numero 6. & iuxta supradictam distinctionem est intelligenda l. 3. tit. 16. part. 4. ibi Pero fel in gador. dam probat primam partem supradictae distinctionis, nempe vt aliud sit dicendum, quoties culpa ipsius partis testis dimittit & imperfecte deponat, vt quia deficit aliquid in interrogatoriis: tunc &

Quod praemaxime verum est in Curia Ecclesiastica in qua per ius canonicum iudicandum est, quo canonizata est l. i. C. de dilat. per tex. an. inducia, versicul. sparium, 3. q. 1. vbi terminus nouem mensium datur ad producenda instrumenta & probationem faciendam per testes exsistentes vltra mare, & tamen non arctatur pars ad eum terminum petitum cum termino ordinario, sicut arctatur nostra l. Regia.

Ex quo text. saltem in foro Ecclesiastico diluitur dubium quod etiam erat, an terminus vltra marinus concedatur, non solum quando petitur ad probationem faciendam per testes, quo casu loquitur nostra l. 3. Regia, & praecedentes huius tituli, sed etiam ad producenda instrumenta illi existentia: nam in dict. versicul. sparium, probatur vtroque casu, & in quolibet ipsorum concedi praedictam dilacionem vltimarum vt constat ex text. ibi, vel instrumenta vel persona possuntur id quod ratione fuerit: nam ratio fundamentalis, quare terminus vltimarum concedi debeat ad probationem faciendam, ea demum esse videtur, ne ob defectum termini probatorii partis iustitia pereat argum. l. quoniam, C. de haer. & Manich. haec autem eadem militat in instrumentis producendis illic existentibus, quoties ipsa instrumenta praesentia sunt ad fundandam, vel probandam partis intentionem, cum eandem vim habeant in exercendis libitibus testes & instrumenta vt in l. in exercendu, Codic. de fide instrument. Nostra igitur leges Regiae de termino vltimarum ad probationem faciendam per testes loquentes, non videntur eum denegare ad probationem faciendam per instrumenta solum, imo in hoc etiam casu procedere videntur, cum in eo militet eadem ratio. Nec obstant notata per decisio. Regia. de probatio. in nouis & 17. de testibus in nouis, quoniam habemus text. expressum in d. l. versicul. sparium, contrarium probantem, quem Rota non allegauit, & ita iuxta hanc partem vidi iudicatum, nempe concedi terminum vltimarum ad producendum solum instrumenta in illis partibus existentia, seruata tamen forma l. i. supra, hoc tituli, vbi inter negantur signa vel sigilla producti instrumenti vel notarii, pro illis probandis vltra mare, si nullo modo possint nunc probari, vel pro quibusdam articulis probandis per testes, & alias per instrumenta, clarum est concedi debere praedictum terminum vltimarum, vt constat ex praedictis Rota decisionibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Testis inane atque dimittit & non perfecte examinatus, adeo vt ipsius testimonium inutile sit, an iterum possit post publicatas attestaciones examinari? Distinctum.

nim iudex ad instantiam partis post publicationem testium minime poterit eundem examinare, per predicta.

SVM MARIVM.

1 Publicatione testium facta coram arbitris, exspiratque compromisso & causa introducta coram iudice ordinario an possit una ex partibus alia inuita, examinare novos testes habereque terminum ad faciendam probationem? Resoluitur affirmatiue.

Eadem l.s.

QUESTIO LVIII.

QVÆRO ꝑ secundo circa eandem legem, an facta publicatione testium coram arbitris, exspiratque compromisso, & causa introducta coram iudice ordinario possit altera ex partibus alia inuita, examinare novos testes, & habere terminum ad faciendam probationem? Que questio decidi posse videtur ex distinctione legis sit alie, C. de tribu, nempe, vt si pars aduersa nolit stare examinationi testium factæ coram arbitro, & testes viuunt, possint coram iudice ordinario reproduci, si vero velit eis stare, vt in dict. l. fin. Nihilominus tamen hanc questionem optime examinat pro & contra, & tandem refert fuisse vocatum, quod pars non possit producere testes super veteribus articulis, sed super nouis, si voluerit, dummodo articuli non sint de directo contrarii articulis veteribus. Sed hoc ideo procedere videtur quia pars contraria voluit stare testibus examinationi coram arbitro, quandoque expirato compromisso, asseruit in sacro Consilio Neapolitano, publicationem esse factam coram arbitris, & quod volebat causam proseguiri, & Consilium decreuit causam committi, & quod commissarius faciat iustitiam, vt constat ex Capicio, vbi supra, numero 5, quamuis numeris sequentibus hoc diluere nitatur. Nihilominus supradictis cessantibus, cum acta ordinaria coram arbitro facta, expirato compromisso sint nulla & non valeant coram iudice ordinario, vt in l. 1. C. de arbit. vt tenent Doctores in cap. presentate, de testibus, vnde est quod cum sit noua instantia, debent omnia acta liti, ordinaria reiterari, vt in l. 2. & in l. cum adud ff. de iudic. solu. & in l. penultim. C. de arbit. & ibi Bartolus. & sic debeat coram iudice de nouo libellus produci, lis contestari, iurati de calumnia, &c. consequens atque tenendum est, vt si lis de nouo incipiatur coram iudice ordinario: & pars aduersa expresse non flet atque consentiat examinationi testium factæ coram arbitris, poterunt coram iudice ordinario produci alii testes, & iterum examinari priores, non obstante publicatione testium facta coram arbitris: quia præcedens iudicium coram eis habitum est nullum, quia expirauit compromissum, vnde alii testes produci poterunt secundum Facobum Menochium de arbitrar. iudic. questione 34. num. 13. Quod si pars aduersa expresse velit stare priori examinationi, tunc de iure procedit optime quod decreuit Senatus Neapol. vt altera pars non possit producere testes super veteribus articulis, sed super nouis tantum, si voluerit dummodo non sint de directo contrarii veteribus.

SVM MARI A.

1 Pars iurare debens de calumnia, an possit petere tempus ad deliberandum, quando est dubius vel incertus de facto, super quo interrogatur? Respondetur cum distinctione. 2 Reus simpliciter idiota, non autem sagax, qui nesciat basim respondere, dandus est terminus quo instruat.

tur aduocatus autem eius, vel procurator, an debeat esse presens tempore examinationis.

3 Fallam quando est antiquum vel intricatum, dandus est terminus parti ad deliberandum, cum non est bene instruita.

L. 2. titul. 7. lib. 4. Nou. Colle& Regie.

QUESTIO LIX.

QVÆRO circa legem 2. titul. 7. libr. 4. Noua Col. iell. Regi, an pars iurare debens de calumnia, possit petere tempus ad deliberandum, quando est dubius, vel incertus de facto, super quo interrogatur? Et gloss. in capitulo cum causam, de iurament. calum. arguens ad parites, videtur concludere quod tam in iuramento de veritate dicenda, quam calumnia debet habere tempus ad deliberandum, si dicit se dubitare. Idem tenuit glossa in leg. 1. §. quod obseruari, verbo, existimat, in versicul. item quid si, Cod. de iurando propter calumnia dand. similis in §. quod si actor verbo, rei qualitas, eiusdem legis, quam opinionem sequitur Bartolus in l. iusturandum & ad pecunias in princ. in num. 4. ff. de iurand. & ibi Alberic. dicit, quod vidit hanc opinionem in iudiciis practici, & in l. ibidem, numer. 1. eandem sententiam sequitur, & de iure communi idem tenet Gregor. Lopez in l. 13. titul. 13. part. 3. in gloss. deue tonar. vbi advertit, hodie esse approbatam ibi, sed correctam per l. 11. de Madrid. que est l. 2. in prin. cap. titulo septimo, libro 4. Noue Collectio. Regie, ibi: Sin dar tras ludo, ni termino para deliberar, y sin consjio de letrado, est tamen altera lex huic contraria, neq. pe. l. 1. titulo quarto, libro tertio, ordin. vet. ibi: T elize? mande dar copia a las partes, y assignar otros ocho dias, e termino penitorio a responder con juramento singular, y particular mente a cada vn articulo, so cada vna poscion contenida. Ecce igitur duas leges Regias contrarias: quæro de earum intellectu & concordia. Et in hoc Doct. de Didac. Perez in dict. l. 1. col. linn. 925. colligit concordiam inter has duas leges Regias contrarias ex longa disputatione Abb. in dicto cap. cum causam, numero sexto, quam ipse in summam reducam, scilicet, vt nostra l. 2. procedat quando pars potest esse instruita: tunc enim tempus ad deliberandum minime dandum est, sed statim eadem hora debet declarare pars positiones, altera vero lex ordinamenti veteris procedat, quando non potest pars esse instruita, tandem hoc relinquit arbitrio iudicis, qui arbitrat, vtrum sit statim vel cum copia temporis respondendum. Quid tamen si sit rusticus, simplex idiota non autem sagax qui nesciat statim respondere? Et huic dandum esse terminum, quo instruat, iudex existimabit, vel eius examini posse interesse ipsius aduocatum vel procuratorem, ne propter suam simplicitatem in sua depositione decipiatur, vt placuit Hostiensis in cap. dilecti, de iudic. sequitur Maran. in repet. l. actor, numer. 68. ff. de procurat. dicit communem alios allegans Didac. Perez vbi supra, dict. col. 925. quod & tenet post Abb. & Mansl. quos refert Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 2. casu 199. numero quarta, dicens posse procuratorem pro homine simplici respondere positionibus. Hoc tamen dictum Hostiens. & sequacium, quod aduocatus vel procurator presens esse possit examinationi rusticis simplicibus, quando examinator tanquam pars principalis, nunquam vidi in praxi obseruari, sed imo contrarium, vt semper iuret atque declaret ipla pars sola, sine presentia aduocati procuratoris, quantumvis rusticus simplex sit, non tamen memini fuisse petitum, vt aduocatus vel procurator esset presens ratione simplicitatis

Secd

Sed ꝑ pone factum de quo pars interrogatur, esse antiquum vel intricatum, certe hoc casu etiam stante nostra lege Regia existimare dandum esse tempus ad deliberandum, cum pars non est bene instruita, vt recte quamuis lub dubio concludit Greg. Lop. in dict. l. 11. in gl. deue tonar. dicens forte limitandam esse nostram legem hoc casu ex doctina Baldi in l. magna, C. de contrab. & committ. stipul. quo procedet ad l. 1. parte 4, concedens terminum ad deliberandum antequam iuretur: & etiã procedit eadem leg. secundum ipsum, quando fit ius in iuramento voluntario, iudiciali, vel necessarios, de quo etiam loquitur dict. l. 1. parte 4, vt tali casu etiam in facto non antiquo, vel non ita intricato, possit pars petere terminum ad deliberandum.

Secundo responderi potest dict. l. ordinamenti veteris, non esse postam in noua compilatione legum huius Regni, sed tantum dict. l. 12. de Madrid. que est nostra l. 1. & ideo ipsa tantum est seruanda cum predictis interpretacionibus & limitationibus supra relatis, quas bene recipit nostra l. cum sint iuste & æquæ.

Vltimo circa hanc questionem, an & quando possit positioni responderi sub conditione, videndus est opinio Boer. de off. 2. 43. num. 11. & 13. & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. cent. 3. casu 25. per totum.

SVM MARI A.

- 1 Qui recepit centum mutuo ab alio, illa tamen secreta eidem soluit, sed interrogatur, an ea receperit, poteritne etiam positionem, prout ponitur negare? Resoluitur non posse. 2 Cautela Capolla, vt reus hoc casu dicat, confiteor te mihi nihil inuuisse propter quod sim tibi obligatus, attendit l. Reg. cessat, non procedit. 3 Sed nec alia procedit, admittens responsonem conditionalem, nempe si inuissis, restitue. 4 Non licet parti, nec aduocato, nec et iustam causam defendat, uti mendaciter allegacionibus vel probationibus falsis vel peruersis, quamuis alias possint cauillationibus, dilacionibus, & aliis cauclis honestis ad aduersarij calumnia & technas excludendas vri. 5 Inique interrogatus, iuris ordine non seruato, vel a iudice non suo, licet non teneatur respondere, & si conellus responderit iuste & sine vitio, valeat ipsum iudicem verbis ex communi significatione ambigus saltere, mentiri tamen nullo pacto debet alias peccato subditur. 6 Reus potest negare positionem continentem ipsum accepisse centum mutuo ab alio, & ille aduc ei debet, vt si secreto soluit.

Eadem lex 2.

QUESTIO LX.

QVÆRO ꝑ secundo circa eandem l. 1. tit. 7. lib. 4. Noua Collectio Reg. ibi: Confessando, o negando simplemente y sin cautela, y no por palabra de creo, o no creo, so pena que dar confesso, &c. Aliquis petit a me centum, que vere mihi mutuauit: illa tamen eidem secreto solui: & distincte interrogatur, vt respondeat, receperimne illa centum mutuo ab actore, an existante hac lege, qua teneor simpliciter negare, vel fateri, nec postquam respondere illa mutuo accepisse, sed eadem soluisse possim tuta conscientia eam positionem, prout ponitur, negare? Quam questionem examinat Couar. lib. 1. variar. resoluit. cap. 2. num. 3. q. & in vltima ex tribus columnis, quibus eum articulum absoluit, teneo licite id negari posse a reo: quia in hoc casu eum ea soluerit inique ad iudicium trahitur, & iniuste interrogatur, vnde potest veritatem interrogantis inique clu-

dere responsonem quadam, quæ interpretationem vel intellectum animo conceptum congrue patiat, vt ibi exemplificat: quam sententiam, et si plures auctores ante legem Regiam sequuti fuerint; Ego vero nec ante, nec post probare possum, imo existimo contrarium esse verius, nempe minime licere supradictam positionem negare: tunc quia negatio iurata continet mentadacium, & sic comitteretur peritium: tunc etiam, quia respondendum est confessando, o negando simplemente, &c. vt hac lege Regia cauetur, ad excludendas cautelas innumeras reorum atque actorum, in respondendo positionibus inique: & licet aliquando vel sepe interrogatur inuentus: frequenter tamen supponendum est iuste poni: quare ad ea, quæ frequentius accidunt: iura sunt adaptanda. Sed & pluribus aliis fundamentis neruose hanc partem verius probauit Doct. de Did. Perez aduersus Couar. in l. 1. tit. 4. lib. 3. ord. col. 911. & segg. Quo fit vt cautela Capol quam probauit Marant. de ord. iudic. o part. princ. in. a. 116. num. 28. pag. 4. 8. vt dicat reu. Confiteor te mihi nihil mutuasse propter quod sim tibi obligatus, attenda hac lege Reg. cessat & non procedat, vt recte post alios deduxit D. Per. vbi sup. al. 131. vbi refert aliud consilium Alciati in fauorem rei, quod nec vtiq. proba, nempe vt iudex possit actorem compellere positionem qualificare eo modo, quo Alciat. existimabat, cui satis fit eam specialem atq. claram proponere: Reus autem solutione a se factam probare intendens, si ibi imputer quod fecerit soluerit absq. testibus vel apocha.

Nec etiam ꝑ proba hodie stante nostra leg. Reg. dictum Baldi relatum & sequutum a Iaf in l. iusturandum quod ad pecunias 8. ait prator, vltimo notabilis num. 4. ff. de iureiur. & in l. manifeste, n. 7. ff. eod. Capol. caut. 132. incip. si debitor. Couar. Sen. & aliorum, quos refert & sequitur Sylua Nuptial. lib. 3. n. 53. & 54. vol. 1. vbi aliat. diuersi. Doctores fol. 40. col. fin. & Did. Perez vbi sup. col. 915. existimantium, quod stante statuto, quod debeat positionibus cum iuramento simpliciter responderi, possit ex causa reponsonis modificari, putat si est mutuum & restitutio eius fuerit facta secreto, possint positioni respondere. Si mutuasti restitue, quoniam lex nostra plus addit, nepe confessando, o negando. Quibus verbis sublatam manifeste videtur prædicta forma respondendi conditionaliter: alias enim non responderetur confessando, o negando simplemente, sed conditionaliter, sicq. lemper in respondendo positionibus cum iuramento fraudibus aliquis vreretur, vel vti possit. Respondere igitur debet simpliciter, liquido & clare absque aliqua duplicitate, ne alias habeatur pro confesso respondens, vt in terminis similis statuti egregie probat Boer. decisio. 243. num. 12. & 13. dicens esse communem opinionem: sequitur Alciatus in leg. 1. §. si quis simpliciter, num. 19. ff. de verborum obligat. Didac. Perez vbi sup. dict. col. 915. qui stante dict. l. de Madrid. hanc nostram sententiam probauit, quamuis aliud veritè postea col. 916. in gl. d. leg. o confesso. Quare merito Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centuria 1. casu 91. num. 26. etiam hac lege non visa, rem hanc (hoc est) opinionem supradictam Baldi, Iafonis & reliquorum, dixit dubitationem habere ex traditionibus Doct. in dict. §. si quis simpliciter, & Boer. vbi sup.

Nec obstat ratio à Couar. adducta supra pro sua principali opinione, quia respondeo, quod licet reus hoc casu inique ad iudicium trahatur ab actore: & inique etiam edem ponatur siue interrogetur; non tamen propter iniquitatem actoris inique est respondendum cum iuramento, sed ꝑ veritas declaranda, non enim licet parti nec aduocato aut causillarum patrono, licet iustam causam defendant vti mendacio, nec falso, nec allegacionibus vel probationibus falsis vel peritiis, quamuis alias possint vti interdum ca-

